Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

69

& manduca. quia grandem mansionem iturus es. Et
dicunt ei discipuli. Unde ergo in deserto nobis panes
tantos. ut saturemus turbam tantam. Et ait illis ihc.
Quot panes habetis. At illi dixerunt; vii. & paucos
pisciculos & reliq. De hoc signo iam supra diximus.
& eadem repetere otiosum est. tantum in his que diserre
pane in mortem supra legimus. Vespere autem
accesserunt ad eum discipuli dicentes. Desertus est locus.
& reliq. Hic discipulis convocatis ipse dominus loquitur.
Misereor turbe. quia triduo iam perseverant mecum.
Ibi v panes erant & ii. pisces. Hic vii panes &
pauci pisciculi. Ibi supra fenum discubuerunt.
hic super terram. Ibi qui comederunt. v. milia sunt. iuxta
panum numerum v. quos comederunt. Hic .iiii. milia.
Ibi xii. cophini replentur fragmentorum de reliquiis.
hic vii sporte. In superiori ergo signo quia propinqui
erant. & vicini v. sensuum. non ipse dominus eorum recordatur.
sed discipuli recordantur vespere. vicina nocte & in
clinante iam sole. Hic autem ipse dominus recordatur. &
misereri se dicit. & causas miserationis exponit.
Quia triduo iam perseverant mecum. & dimitte
re eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Isti
quidem vii. panibus hoc est sacrato aluntur numero. atque
perfecto. non sunt. v. milia sed iiii milia. qui numerus semper in
laude ponitur. Et quadrangulus lapis. non fluctu
at. non est instabilis. Et ob hanc causam & iam evange
lia in eo numero consecrata sunt. At ille respondens
ait eis. Facto vespere dicitis serenum erit. rubi

cundu